


1530 in Septembri.

93

Sigismundus I. Rex Polonia,
Joanni Regi Hungariae.

21
Serenissime Princeps et Domine affi:
nis Noster Charissime. Reddita sunt
nobis litera Majestatis vestrae Serenis:
sime, quibus se Oratores, qui Posna:
niam proficisci debeant, et Designasse,
et emisisse declarat, que res non me:
diocrem nobis attulit voluptatem, pro:
pterea quia hac ratione spem futura
concordia augeri, et in mentibus homi:
num confirmari agnoscimus. In quo etiam
nos promissi officijque memores nihil su:
mus immorati, sed ut debemus, matu:
re hinc Oratores nostros absolvemus,
ut ad prefinitum diem Posnaniam
pervenire possint, et illic ea curare, que
publice rei Christiane quieti et tran:
quillitati expedire videbuntur. Ceterum
quia Majestas vestra iterum a nobis
istis suis Oratoribus de salvo conductu
provideri postulavit non potuimus non
molestè ferre, sunt enim nobis consēij,
Nos nullam vel causam vel occasionem
Majestatis vestrae dedisse, propter quam

Suspectos



suspectos, nos vel regnum nostrum ita
 apud se habere Debeat, ut sine literis
 publicae fidei in regnum nostrum ora-
 tores mittere periculosum sibi existimet,
 Verum cum hoc loco fidem nostram collo-
 care, et ita illa, uti libet majestati Ve-
 stre illius, id nos arbitrio in praesens
 relinquimus, et quod postulat maje-
 stas vestra literas salvo conductus in
 manus illius Oratorum mittimus. Quod
 reliquum est Nos majestati Vestrae amo-
 ri, et benevolentiae, fraternae com-
 mendamus, et illam felicem atque
 semper incolumem. Sit. Datum 1712